



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. VVenceslaus M. 28. Septembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

28.Sept.
cūm per
Ephrem

embris.

HIEMO,
ucatus,
addidit
i artes.
efellit,
ceptam
obruit,
quente
lam Sa-
t. Nec
eredem
e Pseu-
lenrico
HIEMO-
Sed aut
em de-
nderet,
carcere
Sed à
ofessus
Maho-
re. Hic
ta pe-
ebre &
tes de-
. Nec
atis cæ-
scissus,
evulsa.
eliquit

28.Sept. VITA SANCTORVM. 473
Reliquit tamen opus immortale post se, & quale
nullum Praxiteles. Ex Bavar. Sanctâ.

Beatus qui sanctitatem ut lucem diligit, & tenebrofis
diaboli operibus non inquinat corpus suum in conspectu
sanctissimi Dei nostri. Beatus qui corpus suum Serva-
tori custodit in sanctitate, & malis operibus non conta-
minat animam suam, sed gratus manet in Domino Deo
suo. S.Ephrem in Beatitud.

S. VVENCESLAUS M. 28.Septembri.

DIsparis educationis dispare exitus vide.
Erant VVENCESLAVS & Boleslaus germani
fratres, Bohemiæ uterque Dux: sed illum avia
Ludmilla sanctissima matrona, hunc monstrum
mulieris Drahomira mater eduxit. Nempe uterq;
mores nutricis imbibit. Fratres negares: tam iste
pietatem oderat, tam ille amaverat. Ille divina
humanaque omnia susque deque habere; hic verò
nudis pedibus summâ hieme templa obire, & fa-
cienti Sacerdoti minister adesse. Ostendit cælum,
gratum sibi esse, hominem iis muniis assuescere,
quibus cives sui Angeli delectarentur. Cum enim
in Radislaum moveret VVENCESLAVS parcus san-
guinis suorum, sed prodigus sui, hosti duellum
obrulit, ensiculo brevi succinctus, sed benè loricâ
è cilicio & cruce armatus. Adebat ille totus fer-
reus, hastâque ingenti & machæram timendus; ve-
rum pugnam sibi non cum homine esse, sed An-
gelo videt, qui perterritu ad genua VVENCESLAI
cogit descendere. Quin Otho etiam Imperator
cum comitia haberet, inter Angelorum manus
ingredi aulam VVENCESLAVM vedit, comitatu
profectò ipsi etiam Imperatori invidendo. Tan-
dem Drahomira blandis verbis ad se invitatum

per

per Boleslaum in mensâ obtruncat. Sed parricidium novercæ matris , neque ipsa quidem Styx tulit: curru quippe vœctam cum omni comitatu (ſt modò aurigam excipias, qui ære campano excitus ad aram accurrerat) vivam absorpsit, utique non levem terram habituram, cui viva tam gravis fuerat. *Ex Surio.*

Nemo ſperet in patronis, nemo in amicis aut parentibus, cùm etiam frater fratrem tradat in mortem, pater filium, & filius patrem. S. Joann. Chrysost. hom. 24. in Matthæum.

S. CHARITON CONF. 28. Septembris.

Sic persuasum habeo, uti dedecus plenum ignominia civi Romano fuit, ita plenum gloriæ facinus Christiano fuiffe , ad tribunal cædi. Cur enim CHARITON nobilis Iconii civis obtorto collo in jus iniquissimum raptatus exultavit etiam gaudio , cùm in crucis formam extensus flagris cæderetur barbarūm , & facibus iſtularetur miserandūm, niſi quod uni Sc̄evolæ Romano invidiam facere omnes Christiani vellent , docereque nullas honestiores cicatrices esse, quām pro Christo à tyranno acceptas? His plenus miles noster in carcerem detrusus est. aperuit tamen hunc, quæ vitam clausit impiam Aureliano mors impia. Ergo liber CHARITON, ut Christi vestigiis insisteret, instituit Hierosolymam petere ; sed interceptū ex itinere prædones in antrū suum abducunt, ignari à captivo se spoliandos. Etenim cùm palantibus illis serpens haustum libasset, mortem omnes sub adventum biberunt , & è vinculis CHARITON Angeli operā exemptus, spolia omnia prædonum prædam pauperum fecit. Inde jar animis insidias struere